



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

22. Executores in triplici sunt differentia & variè constituuntur & num. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

posuit in libel. Quare liquet de omnibus appellationibus huius nominis: de quibus quæ verè ac quæ falsè, sufficienter expressum est.

- 22 Quæro t̄ tertio, qualiter executor diuidatur, vel quæ sunt eius species. & considero istam. q. actiue ac passiue. Actiue. s. qui dari possunt. Item alio respectu postea subdant alias diuisiones. Sed hanc prius absolnamus. Respondeo igitur, quòd sicut tutorem dat quandoq; testator, quandoq; lex nonnunquam & iudex, t̄ ve in tit. ff. de test. tutela: de legitima tutela, & de tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent. Sic etiam executores siue commissarios quandoque constituit & creat ipse testator in suo testamento, cum præcipit vel rogat aliquid per eos fieri siue distribui, vt probatur in. l. nulli. C. de episc. & cleri. l. 3. & l. neq; ff. de ali. & cib. leg. in authen. de eccle. tit. §. si quis autem. & §. non autem. col. 9. & in. c. Ioan. de testamentis. Et eodem modo, si quis nõ instituerit: sed in codicillis vel in donatione causa mortis legauit. Et de executore aut commissario prouidit: vt in. §. nunc aliqua. versicu. sed pone, quòd aliquis non constituit heredem.

redem. Et tales dicuntur testamentarij : vt in
Specu. de instrum. edict. §. nunc verò aliqua.
versicul. executores.

† Alij verò dantur à lege : qualis est epi- 24
scopus loci, vel originis, vel municipij seu vil-
lae, quae illi subest, aut episcopus loci rei. Vel eius
oconomus deficiente testamentario, non exe-
quente, exequiue non valente : vt l. nulli. l. si
quis ad declinandam. §. i. C. de episco. & cleri.
& c. tua. de testa. Vel qualis est metropolita-
nus, episcopo negligente, vel exequi non va-
lente : vt §. sin autem qui. & §. sequen. in au-
then. de eccle. titul. Vel qualis interdum est ec-
clesia, vt in authen. vt cum de appel. cogno. §.
si vnum. col. 8. Vel etiam capitulum vacante
sede : quia est officium necessarium : vt no.
glo. in cle. i. de haereti. Nec obstat, quòd nò pos-
sit conferre, sicut episcopus : vt c. olim. de ma-
io. & obedi. & not. in Clemen. i. ne sede va-
cante : quia ille ibi est merus honor : hinc au-
tem etiam onus : vt l. nulli C. de episco. & cle-
ri. & ca. tua. de testa. & ibi Abbas sicu. Le-
gitimus etiam esse poterit Abbas, vel alias in-
ferior, habens potestatem episcopalem. pro quo
B 4 facit